



**Lvdovici Carrionis Antiquarvm Lectionvm Commentarii III**

**Carrion, Louis**

**Antverpiæ, M D LXXVI**

Nugas. Percontat. Naeuius & Varro apud Noniu[m] è vetere libro castigati.  
Cap. X.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70907](#)

Ant. Muret.  
Varia Lectione.  
L. III  
28

130 L. CARRIONIS ANTIQ. LECT.  
sed facie ea vox alteri illi occupati loci gratiam  
faciet; neq. vilam et ceteram mouebit, si me-  
minerit mutuiter hoc factū esse; Et alibi se in al-  
terius aliis iedem migrasse quod dico, in Naenio  
Est, vbi, vapos, pro, pauos, scribitur. Naeuius Lycur-  
go: ~~am~~ ibi nos implicant aduenientes timos paenosque.  
doctissimas tunius & conlector Lucretiani indi-  
cis, dum scribunt, timos Panos, &c de Panico timore,  
accipiunt; frustis sunt. quo, dum illud, implicant,  
attente considerabunt, numquam mihi eripient  
quid verum esse existimem.  
paulo post Manilius:

Ibid. vers.  
1520  
XLI.

*Flamma gomas imitata volat; tenuesq. capillae  
Diffusos radis ardentibus explicat ignes.  
scribo, & poetam ipsum scripsisse affirmo:  
is que capillae*

*Diffusis radibus ardentibus explicat ignes.  
sed hoc tempore in istos satis erit saeuissime, alias  
alios infeste infestabimus.*

*Nugas percontat. Naevius, & Varro apud  
Noniurn: vetere libro castigati.*

C A P V T. X.

**I**N F I N I T A & prope omnia M. Varronis omnium Romanorum, adde etiam Græcorū, doctissimi nobis scriptorū perierunt. quae si existarent; nihil esset necesse rāntum studiū in inuestigāca antiquitate posere; aut' alioqui in tanta veteris Romanæ reip. ignoratione & tenebris veritatiæ gestum; quid Romanum, externum; quod ille ciuium

diuinis litterarum monumentis consignatum nō reliquit? Optandum esset certe, quando vt integris quidem aliquando illius fruamur libris ne sperari quidem potest, vnum tandem aliam exsistere, qui ea quae nobis seu fors, seu Deus aliquis librorum fragmenta superesse volunt, evan pauculas ex ingenti naufragio tabellas colligeat; & vnum in corpus componeret. esset cur levius eam rerum praestantissimarum iacturam ferre debemus. quod dum exspectatur vt fiat; vnumque que eorum, qui vel ingenio abundant & doctrina, vel à veterum grammaticorum copia sunt parati, quicquid ad diuini illius scriptoris illustrationem pertinere potest, in medium aequum est afferre. Nos sane, vt alios, quibus & maius otium, & amplius ad eam regn conficiendam in eruditione est adiumentum, exemplo nostro prouocemus, saepe antehac Varrois scripta emendauiimus; idem non raro posterius, quotiescumque occasio dabit, facturi. Itaque & nunc locum ex quadam Menippaea proferemus, &c., vt Varro scripsit, scribendum docebimus: Varro. *Ephes. xepi epuovns.* Crede <sup>Nonius, oc-</sup> mibi, plures dominos servi comedere quam canes. quod <sup>cupare.</sup> si Attaeon occupasset, & ipse prius suos canes comedisset, <sup>et</sup> non negasset; saltatoribus in theatro fieret illud, non negasset, verba & sententiam Varronis manifeste corrumpit. deinde quid est, saltatoribus in theatro fieri? sed ne longum faciam; cum de vito cōstet, emendationem nostram proponamus. quam veram certam esse omnes iuxta mecum fatebimini: scripsit Varro: Crede mibi plures dominos servi comedere, quam canes. quod si Attaeon occupasset, & ipse prius suos canes comedisset, non

Ant. Murezii  
Variae Lectiones  
LIII

28

132. L. CARRIONIS ANTIQ. LECT.  
nugas saltatorius in theatro fieret, nugas, quod huic  
loco depravando fuit, itidem ut, nugax, dixisse veteres, Carissius & Priscianus sunt auctores. Priscia-  
nus lib. 3. Inueniuntur tamen dia quoque propria in  
sermam gentilium prolata, ut Antias Historica,  
& mod. oſullha as, assis, mas, maris, vas masculinum  
vadis, has neutrum vasis, & hoc fas, nefas, nugas etiā  
commune generis. Carissius lib. 1. Cum ergo omnia ge-  
nitivo diuersē efferventur, vas vādis, mas maris, as af-  
fīas neutralia quidēm duo, sed indeclinabilia, ut hoc  
gas buius fas, nefas, nugas. hōt licet indeclinabile sit,  
tamen commune triū generum hic & haec & hoc  
nugas idēm post. sunt quaedam nomina tota in de-  
clinazione & singulari & plurali monoptota. in qui-  
bus & communia trium generum sunt aut masculini,  
feminini, & neutri, nō quā, frugis, nibili & nugas. &  
libi Commianus vetus Grammaticus: Ab  
tiuſ ſalut singularis quinque vocalibus terminatur,  
a.e. i. o. u. ſemivocalibus duabus. m. & s. exceptis  
pronominibus, ut ab eodem, & ab hoc, & nominibus  
appellatiuſ monoptotis, ut, nequam, nugas. quas grā-  
maticorum ineptias prolixius commemorauim  
us, q̄iod verbum hactenū obscurum, in luce  
iam primi reuocamus. recte sane Glossarius Latī-  
nes, nugas, ζαπρός, ἀσελύνς. & Graecus, ζαπρός, nuga-  
torius, nugax, foedus. Nelcio vero an non in Var-  
rone rectius scriberetur: Plures canes dominos co-  
medere quam servi. quoq; ipsa ſententia, ſi propius  
inspicitur, pafcere v̄debitur. nolo tamen in re  
ambigua quicquān asseverare: praesertim cum  
liber Elnonensis, in quo illud, nugas, ſcriptum re-  
peri; vulgari ſcripturae ſuſtrāgetur. E quo eodem  
libro insignem quendam Nauij locum turpiter  
deprā-

deprauatum, nunc emendabo: *Nenius libri Po-*  
*nici lib. II. Blande & docte percontet Ennius, quo pa-*  
*eto Troiam urbem reliquisset. nomen Ennius, qui*  
*aetate Naeuio fuit posterior, & ab historiis Paenit-*  
*caralienus, inducendum, & aliam nescio quam*  
*vocem eius vicem reponendum recte videt Lipp-*  
*sius. qui sane vir doctissimus coniectura ex iudicata*  
*mehercule & ingeniosa, atque adeo, absque ve-*  
*terum librorum indicio esset, vera, emendandum*  
*censuit: Blande & docte precontat em. & de Aenaez*  
*à Didone excepto voluit intelligi. quae quidem*  
*loci Naeuiani est sententia: verba poni in scri-*  
*psit Naeuius: Blande & docte percontat Aeneam,*  
*quo pacto Troiam urbem liquerit. Hadrianus, cum*  
*vno apud Nonium loco vulgatam lectionem fer-*  
*uat; altero,*

*Blande & docte percontaris*

*Tenesque pacto quo Troiam urbem liquerit*  
*scribendum suspicatur: vehementer fallitur. Ne-*  
*nius enim, percontat, in eo agnoscit. deinde haec*  
*libri Elnonensis est scriptura. quod Iunium no-*  
*strum, qui eodem alicubi videatur usus libro, non*  
*vidisse miror.*

*Statius Papinius Achilleide, de scriptura*  
*veterum librorum, restitutus.*

CAPUT XI.

*L*VBET hic paullulum à sollenni illo insti-  
tuto meo deflectere, & Statij Papinij locum  
quendam, à varijs neque leuiter eruditis homini-  
bus, quales fuerunt Turnebus, Iunius, Canterus,  
tentatum, persanare, & persanatum proponere.

I 3 neque